



Universitätsbibliothek Paderborn

**Disputationes|| ROBERTI BELLAR-||MINI E SOCIETATE
IESV,|| DE CONTROVERSIIS CHRISTIANAE|| FIDEI,
ADVERSVS HVIVS TEM-||poris Hæreticos,||**

Tribus Tomis comprehensæ.||

DE VERBO DEI|| scripto & non scripto,|| QVATVOR LIBRIS|| EXPLICATA.||

Bellarmino, Roberto Francesco Romolo <Heiliger>

Ingolstadii, 1599

VD16 B 1607

X. Soluuntur obiectiones.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53828](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-53828)

stomus in homil.4. in verba Isaiæ, & Ambrosius lib.de dignitate sacerdotali, cap.2. dicunt Episcopum tanto esse maiorem regem, quanto spiritus carni, cœlum terræ, aurum plumbum perstat. Et propterea etiam pontificatus, & sacerdotium pertinet Ecclesiam pertinent: principatus autem temporalis peradens. Igitur cum res fidei definire & Scripturas diuinam interpretari sit actus spiritualis & Ecclesiasticus, certe non ad principem temporalem, sed ad spiritualem, & Ecclesiasticum pertinet.

CAPVT. X. Soluuntur obiectiones.

To obiiciunt PRIMO illud Isaiæ 54. *Dabo omnes filios tuos doctos à Domino.*

RESENDEO, non loquitur Isaias de spiritu priuato reuelante, sed vel loquitur de doctrina uangelij, quam Deus ipse, id est, Christus prædicauit & cuit, ut exponit hoc loco Cyrillus. ut sensus sit; Populu Christianum non docebo per Prophetas, sed per meipsum, in illud Hebr. 1. *Multifariam, multiq[ue], modis, &c.* Vel (qua subtilior & germanior expositio) loquitur de gratia Spiritus sancti, qua homo interius à Deo mouetur, & suauiter impellitur ad credendum, & amandum, ut exponit B. Augustinus gratia Christi, cap. 12. 13. & 14. Itaque non est sensus, omnem Christianos intellecturos diuina reuelatione omnia arcana Scripturarum, sed tales futuros, ut non solum audiant magistrum exterius explicantem verbum Dei, sed etiam audiant intus magistrum Deum suadentem, ut faciant quod audiunt. Dum fit concio, omnes audiunt, & intelligunt quod dicitur, sed unus credit, aliis non credit, unus conuertitur ad peccato ad pœnitentiam, aliis non conuertitur: illi prius dicuntur docti à Deo, isti posteriores non item. In hunc sum protulit ex hoc loco testimonium Dominus Iohannes 6. *Est, inquit, scriptum in Prophetis; & erunt omnes docti à Dei. Omnis qui audiuit à Patre, & didicit, venit ad me.* Ei Apostolus 1. Thess. 4. *De caritate fraternitatis non neceſſebimus scribere vobis, ipsi enim à Deo didicistis, & diligatis unicum.*

Sectv

SECUNDVM argumentum Hierem. 31. *Dabo legem meam in cordibus eorum, & in corde eorum scribam eam, & non docebit ultra vir proximum suum, dicens; Cognosce Dominum. Omnes enim scient me à minimo eorum & q[ui] ad maximum eorum.* Respondeo cum AVGVSTINO lib. de spiritu & litera, cap. 24. illis verbis; *Dabo legem meam, &c.* significari gratiam Testamenti noui, id est, fidem per caritatem operantem, quā Deus diffundit in cordibus nostris, vt non solum sciamus, sed etiam impleamus diuina mandata: illis autem; *Et non docebit ultra, &c.* significari præmium fidei, id est, beatitudinem, in qua omnes electi videbunt Deum facie ad faciem.

Sitamen quis contendat, etiam ista ultima verba de hoc tempore intelligenda esse; responderi potest, hīc non loqui Prophetam de mysteriis absconditis Scripturarum, sed de cognitione vnius Dei. Cūm enim tempore Testamenti veteris non solum gentiles adorarent Deos falsos, sed etiam frequētissimē populus Dei ad idola, & Deos alienos conuerteretur, prædixit Hieremias futurum, vt tempore noui Testamenti omnes homines cognoscant vnum Deum, quod certè nunc impletum cernimus. Nam gentiles conuersi sunt ad fidem, & ipsi etiam Iudæi & Turcæ, licet impij sint, tamen vnum Deum colunt.

TERTIVM argumentum Matth. 23. *Vos autem nolite vocari rabbi, vnu[s] est enim magister vester Christus.* Igitur solo interno Doctore debemus esse contenti. RESPONDEO. Nō prohibet Dominus nomen & officium magistri, sed ambitionem, & affectionem illius honoris. Nam 2. Timoth. 1. Apostolus vocat se doctorem & magistrum gentium. Præterea in illo cap. 23. Dominus reprehenderat Scribas & Phariseos, quod amarent primas cathedras, & salutari ab hominibus, rabbi. Et ibid. dicit; *Et nolite vocare patrem super terrā,* cūm tamen certo certius sit, non prohiberi nomen, aut officium patris, sed nimium affectum erga parentes.

QUARTVM argumentum Ioan. 5. *Ego testimonium ab homine non accipio.* Nec verbū igitur Dei accipit testimonium à verbo hominis. Sed Pontifex, & Concilium homines sunt, igitur eorum testimonio Scripturæ non egent, sed per se sufficient ad omnes controversias dirimendas.

REPSON-

R E S P O N D E O. Christus non eguit testimonio hominum pro se, quia maiora testimonia habebat, sed tamen testimoniis hominum vtebatur propter alios, Ioan. I. *Hic venit in testimonium, Et testimonium perhibet de lumine. Et Ioannes Vos testimonium perhibebitis, quia ab initio mecum estis. Acti Eritis mihi testes in Hierusalem, Et in omni Iudea. Denique martyres cur dicuntur martyres, nisi quia testes Christi fuerint? Cùm ergo Dominus ait: Vos misistis ad Ioannem, Et testimonium perhibuit veritati, ego autem testimonium a domine non accipio, sed hæc dico, Et salvi sitis. Sensus est: Eg profero vobis Ioannis testimonium, quod vos ipsi qualis sitis; non quod ego indigeam pro me, sed quia utile est vobis ut facilius credatis. Ad eundem modum, Scriptura pro se eget hominum testimonio, siue enim intelligatur siue non in se verissima est, tamen propter nos eget testimonio Ecclesiarum, qui alioqui non sumus certi qui sint libri verè sacra auctoritati, nec quæ sit eorum vera ac germana intelligentia.*

Q V I N T U M argumentum Ioan. 7. *Si quis voluerit scire statem eius facere qui misit me, agnoscat doctrinam suum ex Deo sit. Non ergo praeter spiritum dilectionis diligenter requiritur aliud magisterium ad Scripturas intelligentiam. R E S P O N D E O, non hoc dicit Dominus, vt ostendat, omnibus viros bonos per se intelligere posse omnia loca Scripturarum, sed vt doceat viros probos carere impedimentis quibusdam propter quæ alij quidam nec per se, nec per alios fidei ventem intelligere possint: nam cupiditas gloriae, & pecuniarum & similium rerum excæcat oculos. Vnde Io. 5. Quomodo potestis credere, qui gloriam ab iniuicem accipitis? Et Lucas. 12. Audiebant hæc omnia Pharisei qui erant auari, Et deniebant eum.*

S E X T U M argumentum Ioan. 10. *Oves meæ vocem meam audiunt, Et sequuntur me, igitur non egemus alio praetextore. R E S P O N D E O, loquitur Dominus de prædestinatione, vt hæc exponit Augustinus, qui ante mortem omnino obvocationem Dei, & eam sequuntur perseverantes usque ad mortem: neq; est hæc sermo de difficultatibus Scripturarum. Quod si etiam ageretur de Scripturarum intelligentia, dicremus Christum loqui suis ouibus multis modis, per Scripturam, per internam inspirationem, & apertissimè per os via-*

riorum suorum, de quibus dixit Luc.10. *Qui vos audit, me audit.* Nec enim cùm Dominus ait: *Oves meæ vocem meam audiunt, exclusit vicarios, sed hostes suos.* Sic enim ibidem ait: *Alienum autem non sequuntur.* Et, *Non audiunt vocem alienorum.*

SEPTIMVM argumentum Act. 17. *Beroenses scrutabantur Scripturas, an ita se haberent, qua Paulus prædicabat.* Si ergo licuit hominibus illis, haud dubiè laicis, examinare verba Pauli, cur nō liceat nobis examinare verba Papæ, & Conciliorum? RESPONDEO, etsi Paulus erat Apostolus, & non poterat falsam doctrinam prædicare, tamen non constabat hoc initio Beroensibus, nec tenebatur mox credere, nisi prius viderent miracula, aut alias probabiles rationes credendi. Itaque cùm Paulus probaret illis Christum ex oraculis Prophetarum, meritò illi scrutabantur Scripturas, an hæc ita se haberent. at Christiani, quibus constat Ecclesiam non posse errare in explicanda doctrina fidei, tenentur eam recipere, & non dubitare, an hæc ita se habeant.

ADDO etiam, quod etsi hæreticus peccat dubitando de auctoritate Ecclesiæ, in quam per Baptismum regeneratus est, neque est eadem conditio hæretici, qui semel fidem professus est, & Iudei aut Ethnici, qui nunquam fuit Christianus; tamen posito hoc dubio & hoc peccato, non malè facit scrutando & examinando, an loca Scripturæ & Patrū à Concilio Tridentino prolatæ, ita se habeant, modò id faciat intentione inueniendi veritatem, non calumniandi. Deberet quidem ille sine examine recipere doctrinam Ecclesiæ, tamē melius est, ut examinando præparetur ad veritatem, quam negligendo remaneat in suis tenebris.

OCTAVVM argumentum Rom.12. *Habentes autem donationes, secundum gratiam qua data est nobis, differentes: sine prophetiam secundum rationem fidei, sine ministerium in ministrando, &c.* Hic Apostolus docet donum prophetiæ, id est, interpretationis Scripturarum, haberi secundum rationem, Græcè ἀναλογίαν fidei, id est, secundum mensuram, & proportionem fidei; igitur non debet peti Scripturæ interpretatione à Papæ vel Concilio, sed ab eo qui magis fide abundant, quicunque ille sit.

T

RESPON-

RESPONDEO, posset PRIMO negari consequentia: nam Papa & Concilium magis abundat fide, quam illus homo priuatus, cum nec Papa, ut docet ex Cathedra, nec Concilium in fide errare possit, omnis autem homo priuatus possit. SECUNDO, posset dici, prophetiam hoc loco non accipi pro interpretatione Scripturæ, sed propriè pro dono prædicandi futura, ut exponunt Ambrosius, Theodoretus, Theophylactus, Thomas, & alij hoc loco, & Chrysostomus in i. Cor. Sed TERTIO dico, quomodo cunque sumatur prophetia: ut pro dono prædicandi futura, siue pro dono interpretandi ex hoc loco nihil colligi contra nos: nam illud, secundum rationem fidei, non coniungitur cum verbo, *habentes*, sed cum verbo sub intellecto, *administremus*. Exponit enim Apollinus usum gratiarum gratis datarum, & docet, prophetiam libere administrari secundum rationem fidei, ita ut nemo tincetur aliquid contra fidem, ut faciebant Pseudoprophætæ, neque interpretetur Scripturas in aliquem sensum Catholicæ fidei contrarium, ut hæretici plerumque faciunt.

NON V argumentum. i. Cor. 2. *Spiritualis autem iudicat omnia, Et ipse à nemine iudicatur.* Igitur ad spiritu homines pertinet interpretatio Scripturarum, non ad Papam aut ad Concilia. RESPONDEO, non negamus, siue in Ecclesia, & esse homines spirituales & perfectos, qui recte interpretentur Scripturas, immò etiam futura prospiciant, cordium secreta scrutentur. Negamus tamen ad eos perire iudicium definitium controversiarum fidei, duplicita causa. PRIMO, quia non sumus certi certitudine fidei, nam sint isti spirituales; sicut certi sumus, Papam & Concilium esse spirituale, regi videlicet à Spiritu sancto. SECUNDO, quia scimus etiam maximè spirituales non semper illistrari, & quedam interdum ignorare, ut patet de Heliaco, qui habebat duplum spiritum Heliæ, & tamen dicit 4. Reg. Dominus celavit hoc à me, & non indicauit mihi.

DICERE, quid ergo significat illud; *Judicat omnia?* dico. Significare omnia tam spiritualia, quam temporalia; tam celestia, quam terrena. dixerat enim homines animales non percipere quæ Dei sunt, sed tantum iudicare posse de rebus terrenis: nunc dicit, spirituales iudicare omnia, id est, & terrena & diuina: non tamen sequitur, quod possit omnia diuina.

nam quis neget multos veterum Patrum habuisse excellenter donum interpretandi, & fuisse spirituales? & tamen constat quosdam ex præcipuis eorum non leuiter in quibusdam lapsos.

DECIMVM argumentum. I. Cor. 12. loquens Apostolus de dono interpretandi, & similibus gratiis: *Hac omnia, inquit, operatur unus, & idem spiritus, dividens singulis prout vult.* Non est igitur alligatum hoc donum Concilio, vel Papæ, sed datur liberè à Deo, cui ipse voluerit. Et confirmant, quia saepe præteritis sacerdotibus, & Pontificibus, Deus excitauit Prophetas ex populo: nam Amos erat pastor ouium, & tam factus est Propheta, & Delbora mulier prophetauit.

RESPONDEO, Apostolum loqui de particularibus hominibus, ac dicere velle, non dari omnibus hominibus passim donum interpretandi. Neq; hinc sequitur, non esse in Concilio, vel Pontifice docente ex cathedra, donum interpretationis. alia enim ratio est Concilij, & Pontificis, alia priuatum hominum.

Ad illas confirmationes dico, priuilegia paucorum non facere legem generalem. Quod si contendant dari omnibus, quia datum est Amos, & Delboræ, etiam concludent dari donum loquendi omnibus iumentis, quia datum est asinæ Balæam. PRAETEREA, aliud est loqui de nouis reuelationibus, aliud de explicatione doctrinæ iam acceptæ: nam nouæ reuelationes non sunt alligatae Pontificibus, nec nunc, nec in Testamento veteri. Nam in Testamento veteri prophetabat Isaias, Hieremias, & similes, non autem Aaron, & eius successores: & in Testamento novo prophetauit Agabus, & filii Philippi, & tamen Pontifices Linus, & Clemens, & ceteri nō prophetabant. At explicatio doctrinæ acceptæ, & iudicium de dogmatibus, semper spectauit ad Pontifices, ut suprà ostendimus.

VNDÉCIMVM argumentum. I. Thessal. 5. *Omnia probate,* quod bonum est tenete. & I. Ioan. 4. *Nolite omni spiritui credere, sed probate spiritus, si ex Deo sint.* Igitur etiam Concilio, & Papæ sententia probanda, & examinanda est: nihil enim Paulus & Ioannes excipiunt. Colligunt etiam ex his locis, iniuste prohiberi libros hæreticorum, cum Paulus dicat, omnia probate, &c.

RESPONDEO, & dico duo. PRIMO, Paulum & Ioannem cùm aiunt, omnia probate, vel probate spiritus, non velle cere, vt omnes de Ecclesia id faciant, sed vt id faciantij, quos pertinet. Sicut si scribatur ad aliquam Academiam, examinent aliquem librum, non significatur vt detur exanimandus liber omnibus hominibus illius Academie, sed tantum doctoribus eius facultatis, de qua liber ille tractat. Dico SECUNDO, in utroque loco agi de doctrina dubia, nam sola probatione indiget. Non est autem doctrina dubia librum prohibitorum, aperte enim est mala, cùm sit examinata, damnata: neque est doctrina dubia Conciliorum, sed aperte bona. Et ideo Paulus Apostolus Act. 15. cùm deferret ad Ecclesias decretum Concilij Hierosolymitani, nō dicebat probare, sed præcipiebat custodire decretum illud.

D VODECIMVM argumentum. 1. Ioan. 2. Non necesse habetis vt alius doceat vos, sed Christus docet vos de omnibus. RESPONDEO. Non loquitur Ioannes absolute, de cognitione rerum diuinarum, quasi non egeant magistro viatore, qui Spiritum sanctum acceperunt. Nam si ita esset, Ioannes hanc epistolam scribebat, & moneret ac instrueret eos, quos uincio docebat de omnibus? & quorsum Deum Ecclesia posuisset pastores, & doctores? loquitur igitur de tantum dogmatibus, quae iam acceperant ab Apostolis, cooperante uincione Spiritus sancti didicerant, & creditabant. atque eos monet, vt in fide permaneant, & nō praetulerint Pseudoapostolis contraria docentibus. Quomodo Catholicus aliquis scribebat Catholicis, qui ab hereticis considerentur & perturbarentur; Non necesse habetis, vt alius Lutheranus, vel Caluinista doceat vos doctrinam Christi, immuno enim quae vos scire oportet iam didicistis, & teneatis ex prædicatione Ecclesiæ adiuuante uincione Spiritus sancti. Hunc esse sensum, docent verba præcedentia, & sequentia præcedentibus sic ait: Non scripsi vobis quasi ignorantibus ueritatem, sed quasi scientibus eam. Et, Vos quod audistis ab initio, in vobis permaneat. Hac scripsi vobis de his qui seducunt vos, &c. in sequentibus autem ait: Sicut docuit vos, manete eo, vt cum apparuerit, habeamus fiduciam, & non confundamur in aduentu eius.

DEC

DECIMVM TERTIVM argumentum. Apostolus Ephes. cap. 2. scribit: *Estis ciues Sanctorum & domestici Dei, superadficati supra fundamentum Apostolorum & Prophetarum.* At si Scripturæ intelligentia penderet à Papa, vel à Conciliis, fundamentum nostrum esset super Papa & Conciliis magis, quàm super Apostolorum & Prophetarum scriptis.

RESPONDEO ad hoc argumentum, quod sāpe repetit, & inculcat Caluinus, nos non negare, immò defendere contra negātes, verbum Dei ministratum per Apostolos, & Prophetas esse primum fundamentum nostræ fidei. Ideo enim credimus quidquid credimus, quia Deus id per Apostolos, & Prophetas reuelauit: sed addimus, præter hoc fundamentum primum, requiri aliud fundamentum secundarium, id est, Ecclesiæ testificationem. Neq; enim scimus certò quid Deus reuelauerit, nisi ex testimonio Ecclesiæ. & propterea sicut legimus, Christum esse lapidem fundamentalem, & fundamen- tum primum Ecclesiæ, ita legimus Matth. 16. de Petro: *Super hanc petram adfiscabo Ecclesiam meam.* Itaque fides nostra adhæret Christo, primæ veritati, reuelanti mysteria, vt fundamento primario: adhæret etiam Petro, id est, Pontifici proponenti & explicanti hæc mysteria, vt fundamento secundario.

DECIMVM QVARTVM argumentum. Si Pontifex iudicat de Scripturis, sequitur Pontificem seu Concilium esse supra Scripturam. & si Scripturæ sensus sine Pontifice seu Concilio non est authenticus, sequitur verbum Dei accipere robur & firmitatem à verbo hominum.

RESPONDEO, hoc argumentum quod ab hæreticis plurimi fit, totum in æquiuocatione versari: nam duobus modis potest intelligi Ecclesiam iudicare de Scripturis. VNO modo, quod iudicet, verumne sit an falsum quod Scripturæ docent: ALTERO modo, quod posito vt fundamēto certissimo, Scripturæ verba esse verissima, iudicet quæ sit vera eorum interpretatio. Et quidem si PRIMO modo Ecclesia iudicaret, verè esset supra Scripturam, sed hoc non dicimus, quamvis hæretici calumnientur id nos dicere, qui passim vociferantur nos subiicere Scripturam pedibus Papæ. At SECUNDO modo iudicare Ecclesiam, vel Pontificem de Scripturis, quod nos asserimus, non est Ecclesiam esse supra Scripturam, sed supra

T 3 iudicia

iudicia priuatorum hominum. Non enim iudicat Ecclesia veritate Scripturæ, sed de intelligentia tua, & mea, & aliorum neque hinc sumit verbum Dei aliquod robur, sed intelligentia nostra. non enim Scriptura est verior, aut certior, quam ab Ecclesia exponitur, sed mea sententia est verior, quando ab Ecclesia confirmatur.

D E C I M V M Q U I N T U M argumentum. Si à iudicio Ecclesiæ pendet fides nostra, igitur a verbo hominum, ergo doliissimo nititur fundamento. Præterea Scriptura facta est per ritu Dei, ergo spiritu Dei, non Ecclesiæ intelligenda est.

R E S P O N D E O. verbum Ecclesiæ, id est, Concilij, vel Pontificis docentis ex cathedra, non esse omnino verbum hominis, id est, verbum errori obnoxium, sed aliquo modo verbum Dei, id est, prolatum assistente & gubernante Spiritu sancto immò dico, hæreticos esse qui reuera nitantur baculo a dineo. Sciendum enim, propositionem fidei conclusio syllogismo. Quidquid Deus reuelauit in Scripturis, est vero hoc Deus reuelauit in Scripturis, ergo hoc est verum. Propositionibus huius syllogismi prima certa est apud omnes, cuncta apud Catholcos est etiam firmissima; nicitur enim testimonio Ecclesiæ, Concilij, vel Pontificis, de quibus habimus in Scripturis apertas promissiones quod errare non possint. Act. 15 V isum est spiritu sancto & nobis. Et Luc. 12. 30 gaus pro te, & non deficiat fides tua. At apud hæreticos nimis solis coniecturis, vel iudicio proprij spiritus, qui plerumque videtur bonus, & est malus. & cum conclusio sequatur dictio partem, sit necessariò, ut tota fides hæreticorum sit conjecturalis, & incerta.

D E C I M V M S E X T U M argumentum. Augustinus & Patres cum Scripturas exponunt, non usurpant prætorum iudicandi potestatem, sed permittunt explanationes suis aliis iudicari.

R E S P O N D E O. Aliud est interpretari legem more doctoris, aliud more iudicis: ad explanationem more doctoris requiritur eruditio; ad explicationem more iudicis requiri auctoritas. Doctor enim non proponit sententiam suam necessariò sequendam, sed solum quatenus ratio suaderet. iudex proponit ut sequendam necessariò. Aliter accipimus glossas Bartholi & Baldi, aliter declarationem principis. Augustinus

Ecclesiastici, & aliorum intelligenter, quam
ergo de factis est, vel Ponit hoc
odo verius, ita sancti, qui sicut homines
inclusi, est vel non, et quod est
m. Exponit enim, quod satis diligenter
bus habentur, cum tractabimus, An Ecclesia, vel Con-

gustinus igitur, & ceteri Patres in commentariis fungebantur officio Doctorum: at Concilia, & Pontifices funguntur officio iudicis à Deo sibi commisso.

DECIMVS SEPTIMVS argumentum. *Augustinus contendit Ecclesiastici non debere se Christo præponere, quod ille semper Veraciter iudicet: Ecclesiastici autem iudices, sicut homines plerumq; fallantur.* Hæc sunt Caluini verba in præfat. insit, ex quibus dedit, non esse prælatos iudices controuer-iarum.

RESPONDEO, in primis falso citari locum à Caluino: is enim in margine ponit, cap. 2. contra Cresconium. At contra Cresconium sunt quatuor libri, & in nullo eorum librorum cap. 2. illa verba inueniuntur, sed ~~habentur lib. 2. cap. 21.~~ vbi loquitur Augustinus de quæstionibus facti, non iuris, in quibus iudices Ecclesiastici falli possunt. Docet enim, in eo saepe Ecclesiasticos iudices falli, quod eos baptizent, qui facto animo accedunt ad Sacramentum, & tamen sincera voluntate accedere videntur. Et quoniam Caluinus videbat nihil pro se facere locum illum, ideo fortè non notauit distinctè locum. Solet enim aliâs satis diligenter notare libros, & capita, præterquam quando loca solutionem secum ferunt apertissimâ.

ALIA multa argumenta quæ huc pertinere posse videbantur, tunc soluemus, cum tractabimus, An Ecclesia, vel Concilium, vel Papa errare possint, & cuius sit
in Conciliis præsidere.

T 4 DE

